

Andreas “Lanxii”<sup>160</sup>, a cleric from the diocese of Turku, once had supper with some other clerics at a house in Turku when two laymen broke down the door and attacked them. The clerics found themselves confined and unable to climb the high walls of the house to get away. Fearing both that further invaders might prepare for another attack and that the first two invaders might be able to escape, the clerics leapt outside the door. In the street outside the clerics found the two laymen so heavily armed that they could not be avoided without danger. Since the clerics had nothing to defend themselves with, Andreas took a stone from the ground and threw it at one of the invaders, Olof Karlsson, who was wounded in the head and died a few hours later. The regent Franciscus, bishop of Anagni, commissions the diocesan bishop to declare Andreas innocent of homicide and not irregular or disqualified, on condition that the facts above are true.

34:214r

Andreas Lanxii clericus Aboensis diocesis exponit, quod dudum ipse unacum certis aliis clericis certo die de sero in quadam domo in civitate Aboensis sita collationem fecisset. Quidam laici duo, nescitur quo spiritu ducti, cum armis portam dicte domus obruerunt animo invadendi eosdem. Cumque exponens et predicti clerici se undique fore constrictos et menia illius domus ob illorum altitudinem conscendere pro illarum fuga capienda non posse animadvertissent timentesque timore, qui in constantem virum cadere potest, et plures invasores cum duobus invadentibus illis ad denuo eosdem invadendum congregari et interim etiam predictos duos invasores abiisse et ab illis evadere posse exponens aliique clerici predicti extra portam dicte domus exilierunt. Et cum in strata publica forent, eosdem laicos cum armis invenerunt adeo, quod neutro eorum sub periculis corporum eorum declinare poterant. Dictus exponens animo <se> defendendi et non alias vim vi repellendo necesse fore animadvertit et, cum aliud clerici et exponens predicti, quo se defenderent, penes se non haberent, ipse exponens cum lapide, quem de humo reprehendit, quendam Olavum Karlsan unum ex laicis invasoribus predictis, dum adhuc viveret, et in illius anteriori parte capitis sui proiecit et vulneravit; qui tandem ex illo vulnere infra aliquas horas diem suum clausit extremum. Cum autem dictus exponens in

289 Anno primo Innocentii pape viii in marg. sup.; Rome ii Kalendas Iunii in marg. sin.; Aboensis diocesis in marg. dext. | 289,1 Lanxii post corr. ut vid. | 10 evadere post corr. cod. | 11 exilierunt] i. e. exsilierunt | 12 strata] stracta cod. | 14 animo...defendendi scripsi, animo (vel fort. anime) defensione ut vid. cod.; cfr 264,5; 280,23. | 15 animadvertit] animadvertent cod. | 16 se<sup>2</sup> + defenderent ante corr. cod. | 17 quendam + litt. a vel d (ut vid.) ante corr. cod. | Karlsan] i. e. Karlsson | 19 aliquas ex aliquos corr. ut vid.

289,8 timore...potest] X 1.40.4 (FRIEDBERG II, col. 220).

160. A “Andhers Lempon” is mentioned in FMU 3975 (1483).

morte dicti Olavi alias, quam ut premittitur, culpabilis non fuerit sed de  
morte doluerit cupiatque ex magno devotionis fervore dicto clericali  
caractere uti et ad omnes sacros et presbyteratus ordines promoveri etc.,  
25 ab aliquibus tamen simplicibus et iurisignaris asseritur dictum exponen-  
tem propter premissa homicidii reatum incurrisse et irregularitatis  
maculam incurrisse sive inhabilitatis notam contraxisse etc. Ad ora  
igitur talium obstruenda petit exponens, quatenus ipsum premissorum  
occasione nullum homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis  
30 maculam contraxisse sed premissis non obstantibus dicto suo clericali  
caractere uti et ad omnes sacros ordines promoveri, licite remanere et  
ministrare posse declarari misericorditer mandare dignemini prout in  
forma. Fiat ut infra. Franciscus episcopus Ananiensis regens. Commit-  
tatur ordinario, et, si vocatis vocandis sibi constiterit, quod dictus  
35 exponens vim vi repellendo alias aufugere seu evadere seu defendendo  
non poterat, nisi dictum Olavum vulnerasset, et de aliis expositis,  
declaret, ut petitur.

---

289,23 etc] *scil.* et in illis, postquam promotus fuerit, perpetuo Domino famulari *vel sim.*;  
*cfr e. g. n. 221,18.* | 26 etc] *scil.* et propterea in omnibus suis ordinibus ministrare non posse  
*vel sim.*; *cfr e. g. n. 251,28.* | 32 Committatur...36 petitur] *in dext. parte pag.*  
| 34 repellendo] repellendo *cod.*